

A. D. 1286. — Thomas von Aquin.

Brüssel, Bibliothèque royale, ms. II 934, tome II, fol. 35.

Aus einer Pergamenthandschrift, die den Kommentar des hl. Thomas von Aquin zum vierten Buch der Sentenzen des Petrus Lombardus enthält. Unsere Seite gibt Stücke von Artikel IV und V der *distinctio V., quaestio I.* Artikel IV hat die Überschrift: *Utrum satisfactioem oporteat fieri per opera poenalia.* Am Schluss des 2. Bandes der Handschrift, fol. 243, findet sich folgender Eintrag: *Iste liber est magistri Berneri Niella. Quem perfici fecit Parizius, anno Domini M<sup>o</sup> CC<sup>o</sup> LXXX<sup>o</sup> sexto.* Die Handschrift wurde also im Jahre 1286 in Paris geschrieben. Jener Eintrag rührt wahrscheinlich von dem ersten Besitzer, Bernier de Nivelles, selbst her; dieser war *curator ecclesiae sancti Martini Leodiensis.* Siehe Van den Gheyn, *Catalogue des Manuscrits de la Bibliothèque royale de Belgique*, II, p. 318 und III, p. 13. Bernier de Nivelles ist auch bei L. Delisle erwähnt, *Le cabinet des manuscrits*, II, p. 144: er vermachte der Sorbonne nicht weniger als 25 Handschriften. Unsere Handschrift gehörte lange Zeit, wie es scheint, der Abtei Villers; am Anfang des 19. Jahrhunderts gelangte sie in den Besitz von Sir Thomas Phillipps in England; 1888 wurde sie von der belgischen Regierung angekauft. Ich verdanke unser Facsimile und die Angaben über die Handschrift der Güte des Herrn Pater Van den Gheyn in Brüssel.

Littera Parisiensis des ausgehenden 13. Jahrhunderts. Die Schrift hat im allgemeinen gotischen Charakter, doch kommen auch viele rundbogige Formen vor; siehe z. B. **d** und **o** (I, 6).

Einzelne Buchstaben. **a** ist meistens doppelbogig, doch oft hat es die alte gewöhnliche Form (I, 8, 13, 40, 41; II, 48, 49). Einfaches **l** hat zuweilen einen Strich, besonders vor und nach **m**, **n**, **u** (I, 15, 38, 39; II, 45). Man trifft rundes **r** nicht nur nach **o**, sondern auch nach anderen Buchstaben, die mit einem runden Bogen enden, nämlich nach **b**, **d** und **v** (II, 24, 27, 50). **s** ist am Wortende meistens rund, doch oft ist es lang (I, 2, 9, 16, 17). **u** ist am Wortanfang meistens spitz, doch oft ist es rund (I, 1, 4, 5, 6).

Arabische Ziffern. Zum ersten Mal treffen wir hier in unseren Tafeln arabische Ziffern; siehe **3** und **4** (I, 11, 33; II, 7, 18). Siehe über die arabischen Ziffern die Einleitung.

Zahlreiche Abkürzungen. Wie in anderen Handschriften philosophischen und theologischen Inhalts jener Zeit sind gewisse häufig wiederkehrende Wörter

in möglichst knapper Weise gekürzt; siehe z. B. *dicendum* (I, 2, 6), *natura* (I, 13, 15), *persona* (I, 12, 16), *potest* (II, 12, 26), *preterea* (II, 30, 34), *respectum* (I, 11), *respondere* (II, 7, 21), *secundum* (I, 6, 42), *videtur* (II, 27). Häufig trifft man auch die neue Art der Abkürzung durch Überschreibung, die wir schon im Autograph des hl. Thomas von Aquin kennen lernten: ein oder mehrere Endbuchstaben sind oben rechts neben die ersten Buchstaben des Wortes gesetzt (*necessitate*, I, 5; *corpore*, I, 23; *navitatem*, I, 47). Das Kürzungszeichen in den Endungen *bus* und *que* und im Wörtchen *sed* (ein Strichpunkt) ist meistens in einem Zuge gemacht (I, 1, 12, 14; II, 15, 24); es wird auch für die Endung *et* überhaupt gesetzt (*precessisset*, *fuisset*, I, 14); besonders häufig findet es sich in den Wörtern *debet* (I, 21; II, 52), *oportet* (I, 18, 19), *patet* (II, 39), *quodlibet* (II, 11, 12); man beachte, wie stark diese Wörter gekürzt sind. Das tironische Zeichen für *et* hat einen Zierstrich (I, 1, 5). Das überschriebene **a** ist entweder offen oder durch einen Strich geschlossen, und oft hat es die Form eines wellenförmigen Striches (I, 17, 21, 22, 26, 31, 34); es wird nicht nur für *ar, ra* und *na* gesetzt, sondern zuweilen auch für andere Silben, in denen **a** vorkommt (I, 7, 28; II, 5).

XV

modo ipsius; et ideo non habent rationem satisfactiois, sed vindicationis tantum. § Ad primum ergo dicendum, quod quamvis illa flagella non sint omnino in potestate nostra, tamen quantum ad aliquid sunt, ut scilicet eis patienter utamur; et sic homo facit de necessitate virtutem; unde et meritoria et satisfactoria esse possunt. § Ad secundum dicendum, quod sicut ex eodem igne, ut Gregorius dicit, aurum rutilat et palea fumat, ita eisdem flagellis et boni purgantur et mali magis inficiuntur per impatientiam; et ideo quamvis flagella sint communia, tamen satisfactio est tantum bonorum. § Ad 3. dicendum, quod flagella respectum habent ad culpam preteritam semper, sed non semper ad culpam persone, sed ad culpam nature. Si enim in natura humana nulla culpa precessisset, nulla pena fuisset. Sed quia culpa in natura precessit, persone alicui divinitus pena inferitur sine culpa persone, ad meritum virtutis et cautelam peccati sequentis; et hoc etiam duo necessaria sunt in satisfactioe: oportet enim esse opus meritorium, ut honor Deo exhibeatur; et oportet esse virtutum custodiam, ut a futuris peccatis preservemur. § Ad tertium questionem dicendum, quod satisfactio, ut dictum est, debet esse talis, per quam aliquid nobis subtrahamus ad honorem Dei. Nos autem non habemus nisi tria bona, scilicet bona anime et bona corporis et bona fortune, scilicet bona exteriora. Ex bonis quidem fortune subtrahimus aliquid nobis per eleemosinam; sed ex bonis corporalibus per ieiunium; ex bonis autem anime non oportet quod aliquid subtrahamus nobis quantum ad essentiam vel quantum ad diminutionem ipsorum, quia per ea efficiuntur Deo accepti, sed per hoc, quod ea submittamus Deo totaliter; et hoc fit per orationem. Competit etiam iste numerus ex parte illa qua satisfactio peccatorum causas excidit; quia radices peccatorum tres ponuntur I. Iohannis 3., scilicet concupiscentia carnis, concupiscentia oculorum et superbia vite. Et contra concupiscentiam carnis ordinatur ieiunium; contra concupiscentiam oculorum eleemosina; contra superbiā vite oratio, ut Christostomus<sup>2)</sup> dicit super Mattheum. Competit etiam quantum ad hoc quod satisfactiois est, peccatorum suggestionibus aditum non<sup>3)</sup> indulgere; quia omne peccatum vel in Deum committimus, et contra hoc ordinatur oratio; vel in proximum, et contra hoc eleemosina; vel in nos ipsos, et contra hoc ordinatur ieiunium. § Ad primum ergo dicendum, quod secundum quosdam duplex est oratio: quedam que est contemplativa, quorum conversatio in celis est; et talis, quia totaliter est delectabilis, non est satisfactoria; alia est que pro peccatis gemitus fundit; et talis habet penam et est satisfactiois pars. Vel dicendum melius, quod quedam oratio habet rationem satisfactiois, quia quamvis habeat suavitatem spiritus, habet tamen afflictionem carnis, quia, ut dicit Gregorius super Ezechielem, dum crescit in nobis fortitudo amoris interni, infirmatur proculdubio fortitudine carnis; unde et nervus femoris Iacob ex lactu angelici emarcuisse legitur (Genesis). § Ad secundum dicendum, quod

peccatum carnale dicitur dupliciter: uno modo quod in ipsa delectatione carnis completur, ut gula et luxuria; alio modo quod completur in hiis que ad carnem ordinantur, quamvis non in delectatione carnis, sed in delectatione anime magis, ut avaritia. Unde talia peccata sunt quasi media inter spiritalia et carnalia; et ideo oportet quod eis etiam respondeat aliqua satisfactio propria, scilicet eleemosina. § Ad 3. dicendum, quod quamvis singula istorum per quosdam convenientiam singulis peccatis appropriantur, quia congruum est, ut in quo quis peccavit, in hoc puniatur, et quod peccati commissi per satisfactioem radix absiciatur, tamen quodlibet horum pro quolibet peccato<sup>4)</sup> satisfacere potest. Unde ei qui non potest unum ex eis perficere, iniungatur aliud; et precipue eleemosina aliorum vices supplere potest, in quantum alia satisfactiois opera per eleemosinam sibi quisque mereatur quodammodo in illis quibus eleemosinam tribuit; unde non oportet quod si eleemosina omnia mundat peccata, quod propter hoc satisfactioes alia superfluant. § Ad 4. dicendum, quod quamvis sint multa peccata in specie, tamen omnia ad illas tres radices vel ad illa tria peccatorum genera, quibus diximus dictas satisfactioes respondere, reducuntur. § Ad V. dicendum, quod quicquid in afflictione<sup>5)</sup> corporis pertinet, totum ad ieiunium refertur; et quicquid in proximi utilitatem expenditur, totum eleemosine rationem habet. Et similiter quecumque latra exhibeatur Deo, orationis accipit rationem. Et ideo etiam unum opus potest habere plures rationes satisfaciendi. Ad V. sic proceditur. Videtur quod restitutio sit satisfactiois pars. Quia satisfactio reconciliat Deo et proximo. Sed per restitutionem homo reconciliatur proximo. Ergo restitutio<sup>6)</sup> est satisfactiois pars. § Preterea. Satisfactio fit per contrarium peccati, sicut per ieiunium satisfacimus de gula. Sed contrarium peccati male ablationis est restitutio. Ergo restitutio est quedam satisfactiois pars. § Preterea. Ambrosius dicit, quod vera penitentia est a peccato cessare. Sed qui restituit, a peccato cessat; quia quamdiu quis alienum eo invito detinet, peccat. Ergo restitutio est penitentiae pars. Sed non nisi ratione satisfactiois. Ergo est pars satisfactiois. § Sed contra. Satisfactio fit Deo ut patet per definitionem Anselmi supra positam. Sed restitutio fit proximo. Ergo satisfactio non est restitutiois pars.<sup>7)</sup> § Preterea. Satisfactio ponitur in arbitrio sacerdotis penitentiam iniungentis; non autem restitutio. Ergo restitutio non est satisfactiois pars. § Ulterius. Videtur quod ablatum non semper debeat restitui. Fama enim restitui non potest. Sed fama auferitur. Ergo non de omni ablato potest fieri restitutio. § Preterea. Dampna in personam illata sunt maxima. Sed huiusmodi dampna non possunt restitui, ut ablatio virginitalis, abscisio<sup>8)</sup> membri alicuius. Ergo non omne ablatum potest restitui. § Preterea. Qui impedit aliquem a consecutione alicuius, videtur<sup>9)</sup> hoc sibi auferre. Sed hoc non debet ei restituere vel

<sup>1)</sup> Der Kürzungsstrich über **p** fehlt. <sup>2)</sup> Auf einer Rasur. <sup>3)</sup> Nach non folgt ein durchstrichener Buchstabe. <sup>4)</sup> Man beachte die Vernetzungszeichen. <sup>5)</sup> Die Ausgabe von Vivès hat: *ad afflictionem*. <sup>6)</sup> Das folgende non ist durchstrichen. <sup>7)</sup> Für *Ergo satisfactiois non est restitutio pars.* <sup>8)</sup> Der erste Buchstabe ist undeutlich gemacht; er gleicht eher einem **n** als einem **a**.